



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 59. Franciscus Lanojus Gubernator Rupellas a Rege Deputatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

**Sæcul. XVI.** auxilia mittunt: igitur Rex horum contumacia exacerbatus die sexta Novembris ad Bironium mandata dat, quibus Rupellanis, nisi sine exceptione, & nulla interposita mora ipsum admitterent, bellum denuntiaret, & cum iis tanquam perduellibus, ac Principi suo rebellibus, læsæque Majestatis criminali obnoxiiis agere jubebatur. Accepto hoc mandato mox quidam munitionum Architecti unacum triremibus eo mittuntur, ut Rupellæ situm, portumque explorarent: verum crebris tormentorum ictibus a Calvinistis repelluntur: eapropter res ad apertum bellum spectabat, quod tamen lentius agebatur, ut interea omnia incolas ad saniora reducendi media adhiberi possent.

## §. LIX.

*Franciscus Laniois Gubernator Rupellas a Rege Deputatus.*

*Thuan.*  
*pag. 851.*  
*Mezeray*  
*pag. 263.*

**R**ex, ut oppidanos lenitate ad obsequium revocaret, ad ipsos Gubernatorem ablegabat Franciscum Laniois secta Calvinistam, quem Longevillæ Dux veteri amicitia eidem junctus ad aulam invitabat: priusquam vero Laniois discedere permittebatur, Rex illum in Gondii ædes deductum ad privatum colloquium admisit, excusatisque, quantum valuit apud eum, illis rebus, quas

quæ in tumultu Parisiensi acciderant, Sæcul. XVI. A. C. 1572.  
 etiam bonorum Telinii, cuius ille So-  
 rorem in uxorem duxerat, gratiam  
 fecit, laudatæque ejus integritate cum  
 summa fortitudine conjuncta, & alieno  
 ab omni factione ingenio, ad extre-  
 mum rogavit, ut partes suas interpo-  
 nat, & Regni tranquillitati simul, ac  
 Rupellanorum saluti operam navare ve-  
 lit. Lanoyus cum se ab initio excusasset,  
 tantoque negotio se imparem, ac mi-  
 nus idoneum ostenderet, instante tan-  
 dem Rege imperium accepit, ea lege,  
 ut Rex ad fallendos eos se administro,  
 suaque, tanquam proditoris, opera mi-  
 nime uteretur; hoc enim ab ingenio  
 suo, & decore, quod vitæ apud se præ-  
 ponderet, summopere abhorrere aje-  
 bat, atque in eam rem data a Rege fide  
 sibi caveri voluit.

## §. LX.

*Lanoyus a Rupellensibus indignum  
 in modum exceptus.*

Itaque Lanoyus Rupellas proficiscitur Thuan. l. c.  
 unacum Joanne Baptista Guadagnio  
 Florentino, quem ei Rex non tam iti-  
 neris socium, quam omnium ejus actio-  
 num exploratorem adjungebat: verum  
 Lanoyus talem suæ dexteritatis, ac sin-  
 ceritatis testem habere haud ægre fe-  
 rebat: cum autem ad urbem non ad-  
 mitte-